

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco  
Schoppe, Caspar  
Perizonius, Jacobus  
Franequera, 1687**

De figuris constructionis

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

## LIBER QUARTUS.

*In Quartum Librum rejecimus illa,  
quæ subtilioris sunt considerationis,  
& maxime causas Latini sermonis  
aperiunt.*

## De Figuris constructionis.

**F**IGURÆ Constructionis sunt anomalia, sive inæqualitas partium, quæ fit per Defectum, per Exuperationem, per Discordiam per Inversum ordinem. In Endiæ seu defectu, Ellipsis, & Zengma; in exuperantia, Pleonasmus; in enallage seu discordia, Syllepsis; in ordine perturbato Hyperbaton. Sunt igitur quatuor figuræ: nam Antiprosis, Prolepsis, Synthesis, Appositio, Evocatio, Synecdoche, cæteræ, monstruosi partus sunt Grammaticorum.

## De Ellipsi.

**E**LLIPSIS est defectus dictionis, vel dictionum, ad legitimam constructionem; ut, *Paucis te volo; Noctuas Athenas.* Terent. *Egone illum? quis illum? quæ me? quæ non?* ubi Donatus; *Ellipsis est, & Apostrophis;* quasi dicat; si ad Grammaticam spectes, Ellipsis est vocum; si verò ad Rhetoricam, Apostrophis, id est, reticentia & abruptio sermonis.

B b

De